


In nomine Domini amen. Nos Joannes Dei gra-  
 tia, Sancte Ecclesie Gnesnensi Archiepiscopus:  
 Notum facimus, quibus expedit universis, pre-  
 sentibus, et posteris. Quod in nostri presentia,  
 constitutus personaliter, Venerabilis et religio-  
 sus Vir, Frater Cecilius, Prepositus Domus  
 Miechoviensis, Ordinis Hierosolymitani, Sancti  
 Sepulchri Dominici, Cracoviensis Diocesis:  
 quoddam privilegium Serenissimi Principis,  
 Domini Casimiri, olim Regis Polonia, felicis re-  
 cordationis, Sigillo Maiori rotundo, De cera  
 communi glauca, in cordula serici rubei, sub-  
 appendenti sigillatum, saluum, sanum, et  
 integrum, omni prorsus suspitione, et vitio ca-  
 rens, coram nobis exhibuit, petens illud per  
 nos, et nostra auctoritate Metropolitana, ac  
 ordinaria transumi, cum interpositione Decreti.  
 Cuius quidem privilegii tenor digno scitur esse  
 se talis.


In nomine Domini amen. Nos igitur Joan-  
 nes Archiepiscopus Gnesnensis predictus, pre-  
 sens transumptum, cum originali privilegio  
 supradicto, una cum Notario publico, et testi-  
 bus subscriptis, Diligentissime auscultantes, ni-  
 hilque addentes, vel minuentes, quod substan-  
 tiam prefati privilegii originalis immutarent  
 vel vitiaret in tellectum, invenimus per omni-  
 a concordare, nec in aliquo abrasum cancel-  
 latum, vel suspectum, et alias sine suspicio-  
 ne fore, ut preferatur. Ideoque huic transumpto  
 nostram auctoritatem ordinariam, ex certa scien-  
 tia interponimus: attentoque specialiter, quod o-  
 riginale privilegium prescriptum, ad partes re-  
 motas propter discrimina viarum destinari, aut  
 coram personis secularibus prefatum peten-  
 tibus

Monastica.




libus in iudiciis eorum et extra, commode et sine pe-  
riculo, aut lesione sigilli exhiberi non possit: De-  
cernimus quod huiusmodi transumpto in iudiciis et  
extra, in Romana curia et alias, etiam coram Re-  
gibus et Principibus, ubi, et quoties opus fuerit,  
plena et firma fides adhibetur, tanquam privi-  
legio originali supradicto, dum exhiberetur loco  
et tempore opportunis. In quorum fidem et evi-  
dentiam omnium premisorum firmiorem, pre-  
sens transumptum, per Budislaw Pauli de  
Santoczie, Notarium publicum, scribi, transumi  
et publicari, nostrique sigilli maioris appensi-  
one fecimus roborari. Datum Ineyne, prima  
die mensis Aprilis, Indictione prima, hora  
vesperarum, vel quasi in Curia nostra, An-  
no Domini millesimo tercentesimo septu-  
agesimo octavo, Presentibus honorabilibus et  
discretis Viris, Domino Bertoldo de Camen,  
Vice-cancellario Curie nostra, Canonico Gne-  
sensi, Nicolao Archidiacono, Magistro Sta-  
mistao, et Martino Canonico Lanciciensi, ac  
Andrea de Lastye Clerico Wratislaviensi Di-  
ocesis, Notario publico, testibus ad premis-  
sa votis specialiter et rogatis.

Et ego Budislaw Pauli de Stan-  
toctye Clericus Gnesnensis Diocesis,  
publicus auctoritate Imperii,  
ali Notarius, auscultationi, auctori-  
tatis interpositioni, et decreto, aliis,  
que omnibus et singulis premis-  
sis, dum sic ut premititur, fierent  
et agerentur, una cum prescri-  
ptis testibus, presens interfui,  
eaque sic fieri vidi, et audiui, ni-  
hilque



hilque addens vel minuens, quod substantiam  
 privilegii, vel sensum mutaret, vel viciaret in-  
 tellectum, et considerans presens transumptu,  
 cum originali privilegio per omnia  
 concordare, eo salvo, quod dictiones,  
 ac omnibus in fine 27, et principio  
 28 lineis, a superiori linea compu-  
 tando conseripsi, quae in originali se-  
 mel erant scriptae, in hanc formam  
 publicam, de mandato predicti Do-  
 mini Archiepiscopi redegi, signo et  
 nomine meo solitis consignando,  
 ac sigillum prefati Domini Ar-  
 chiepiscopi maius appendendo, in  
 fidem et testimonium premisso-  
 rum.



*[Faint, mostly illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text appears to be a Latin document, possibly a papal bull or a decree, mentioning various ecclesiastical figures and locations.]*

